

gunstigen freunde zu vordienen bereytt, bittendtt dies euer schriftliche antwort. Datum  
Leiptzig unter der facultett gewonlichem sigill anno 20. XLVI.

Dechant, senior unnd andere magistri der  
facultett artium zu Leiptzigk.

5 Dem gestrengen unnd vehsten Georgen Pflugk zu Tschocher, unserm  
gunstigen freunde.

## 462.

*Die Artistenfakultät ladet Philipp Melanchthon und Caspar Cruciger zu einer am 20. Januar statt-  
findenden Magisterpromotion feierlich ein.* Leipzig, 1546 Jan. 10.

10 *Hdschr.: Registrum facult. artium. fol. 40<sup>b</sup>.*

Decanus et communitas studii opti: discipl: et artium academie Lipsensis Phil:  
Mel: et Casp: Cruci: d: s: theol: v: cl:

S: d: Constituimus nos pro concione scolastica collegii nostri, testimonia de qui-  
busdam adolescentibus, qui hoc tempore honorum gradus altiores conscendere cupierunt,  
15 renuntiuros et titulos illis magistrorum bonarum artium decreturos esse ad XIII. cal.  
febr. mane hora circiter VIII. Cum autem conventum illum quam maxime celebrem atque  
speciosum tam nostra quam studiorum nostrorum causa esse cupiamus et in ea persua-  
sione simus, presentia vestra eximium decus atque ornamentum accessurum esse rebus  
nostris, cumque voluntas nobis vestra singularis erga communitatem nostram sit per-  
20 spectissima, his igitur de causis a vestra humanitate magnopere contendimus, ut ad  
diem indicatum hic adesse et coetum festivitatis scolastice huius augere et ordini nostro  
coniunctionis et benevolentie vestre existimationem ac laudem adiungere velitis. Quod  
si a vobis ut speramus impetraverimus, eximio nos beneficio affectos esse arbitramur et  
omni tempore atque occasione memoriam vobis gratam declarare studebimus. Si quem  
25 etiam amicorum vestrorum adducere vobiscum volueritis, illius adventus nobis gratissi-  
mus est futurus, non secus ac si nominatim invitatus fuisset. Divertemini autem advecti  
huc apud Ioachimium Camerarium habituri hospitem non incommodum, qui vos cum sua  
sponte tum rogatus a nobis libenter ac cupide accipiet. Reliquum est ut vestra h: grati-  
ficetur desiderio nostro et satisfaciat expectationi; nos vicissim quacunque in re poterimus  
30 inservire vobis officiose studebimus. Bene valete. Lipsie 4. id. ianuarii anno salutiferi  
partus 1546.

Pietate et doctrina prestantissimo Philippo Mel: et Caspari Crucigero s. theol: v:  
cl: amicis s. clarissimis.